



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

347. Feria 5. Dominica I. Adventûs. Ineffabili sublevatione hominis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 4. Domin. 1. Adventus. 623

Annunt. Verbum aeternum sub silentio se praesentavit. Et David: Psalm. 17. Inclinauit caelos, & descendit. Et Paulus ad Philipp. 2. Semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Ex Fulgentius de Nativit. Dom. Homo Deum contemnens, à Deo discessit, Deus hominem diligens, ad hominem venit inaudito miraculo. Egone, ut aliam sortem quaeram?

Conf. 3. Verba D. Leonis serm. 3. Simus enim humilitati similes, cujus gloria volumus conformes. Humilitas haec fita est in tribus, subijci majori, subijci aequali, subijci inferiori. Humilitas ejus, nostra nobilitas est, ut D. Hilarius in Joann. cap. 13. Petam mihi semper esse praec oculis finem redemptionis, quem explicat Apost. ad Tit. vers. 11.

MEDITATIO CCCXLVII.

Feria 5. Domin. 1. Adventus.

De ineffabili sublevatione hominis.

Aspiciam DEI Naturam se communicantem, ut Sol lucem, ignis calorem, balsamum odorem. Petam fieri ejus particeps.

Conf. 1. Quomodo humanitas fit subleuata, & diuinitati unita modo nostro concipiendi, ut Crystallus Luci, ferrum igni, pasta urinaea liquori valoris infiniti mixta, sicut aurum fit statua, argentum imago argentea, carbo accensus, rubus ardens incombustus,

Iris

624 FERIA 5. DOMIN. 1. ADVENTUS.

Iris & Carbunculus lucidus; sic homo vestitus substantialiter Deo, & ut ait Nazianz. Orat. de Nativit. Domini. *Quod præstantius erat nobis impertit, ejus, quod deterius erit, particeps ipse fit.* Si sculptor talem formaret arte statuam, quæ viveret vitâ sculptoris, quàm esset mirabile, hoc autem mirabilius est.

Conf. 2. Quod vitis jungatur Alno, hederâ muro, homo optet adherere, Deo nil mirum. Qui enim eget alterius ope, ei se applicat. Sed quod Deus non indigus nostri uniatur homini, cogit ardentissime petere, ut sublevetur natura nostra cum natura Christi ad divinitatem. *Cælestes esse cœpimus, nisi cœlestia cogitemus & agamus.* Inquit D. Cyprianus serm. de Oratione Domini.

Conf. 3. Divinæ factus naturæ confors debere me reverentiam erga me ipsum tanquam erga partem Christi, quia, ut ait Apostolus I. Cor. 6. *Corpora vestra membra sunt Christi.* Debere me amorem, ardentissimumque zelum, ut solent, membra zelare pro invicem. Itaque indignissimum judicabo demonem, ut vel admittatur, vel audiat; sicut eum Dominus non sinebat loqui; *cujus Spiritui denuo abrenunciabo per Incarnationem Verbi elevatus super Angelos.*

MEDI-